Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26210
Copyright: Admont, Benediktinerstift



beratio quoq; filiorum israel. & ad promissam olim patriam perductio.
congruit mysterio nostre redemptionis. per quam ad lucem superne man
sionis illustrante nos ac ducente xpi gratia tendimus. Cuius lucem
gratie. & iam illa nubis & ignis columna monstrat. quo eos & in to
to itinere illo a tenebris defendit noctium. & ad promissas pa
trie sedes inenarrabili calle perduxit. Qui aliquando non populus.
nec autem populus dei. Qui non consecuti misericordiam. nec autem misericordiam consecuti.
Indicat aperte per hos uersiculos. quia his qui de gentibus ad fidem uene
rant hanc scripsit epistolam. qui quondam alienati a conuersati
one populi dei. nunc per gratiam fidei populo sunt eius uniti. & misericordiam quam
sperare non nouerant adepti. Assumit autem eos de propheta osee.
qui de uocatione gentium precinens. uocabo inquit non plebem
meam plebem meam. & non misericordiam consecutam misericordiam consecutam. & erit
in loco ubi dictum est. non plebs mea uos. ibi uocabuntur filii dei
uiui. Karissimi. obsecro uos tamquam aduenas & peregrinos absti
nere uos a carnalibus desideriis. que militant aduersus ani
mam. Huc usque beatus PETRUS generaliter instituit. explicans
uel beneficia quibus nos diuina pietas ad salutem uocare. uel
dona quibus aliquando uideos. nec autem nos honorare dig
nata est. hinc diuersas fidelium personas sollerter hortatur. ne
se tanta spe gratia carnaliter uiuendo reddant indignos. ne qui re
gali ac sacerdotali uocabulo sunt insigniti. uiciorum malicia sub
acti. a condonate uel promisse sibi nobilitatis gloria degenerent.
Itaque primo liberos & seruos. dein mulieres & uiros specialiter
alloquitur. ac post interlocutionem generalis exhortationis. seni
ores quoque & adolescentes. qualiter agere debeant ostendit. Aperte
autem liberos docet carnalibus abstinere desideriis. quia solet liber

ecclam